Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

R et

magna. Et dixerunt uni bethsa-
me quis poterit stare in conspectu
domini dei isrl sancti huius et ad quem
ascendet a nobis. Miserunt que nun-
cios ad habitatores cariathiarim dice-
tes. Reduxerunt philistiim archa
domini descendite reducite eam ad
Venerunt VII cuios.
ergo uiri cariathiarim et re-
duxerunt archam domi
et intulerunt eam in domum Ami-
nadab in gabaa. Eleazarum autem
filium eius sanctificauerunt ut custo-
dirent archam domini. Et factum
est ex qua die mansit archa di in ca-
riathiarim multiplicati sunt dies
Erat quippe iam annus uicesimus
et requiescebat omnis domus isrl post
dominum. Ait autem samuel ad uni-
uersam domum isrl dicens. Si in
toto corde uestro reuertimini ad dom-
inum auferte deos alienos de medio
uestri baalim et astharoth et parate
corda uestra domino et seruite illi soli
et eruet uos de manu philistiim. Ab-
stulerunt ergo filii isrl baalim et
astaroth et seruierunt domino soli
Dixit autem samuel. Congregate
uniuersum isrl in masphat ut o-
rem pro uobis dominum. Et ue-
nerunt in masphat. hauserunt que
aquam et effuderunt in conspectu
domini et ieiunauerunt in die illa et
dixerunt. ibi peccauimus domino
Iudicauit que samuel filios isrl in
masphat. Et audierunt philistii
quod congregati essent filii isrl in
masphat et ascenderunt satrape
philistinorum ad isrl. Quod cum
audissent filii isrl timuerunt a facie
philistinorum. Dixerunt que ad samu-
elem. Ne cesses pro nobis clamare
ad dominum deum nostrum ut sal-
uet nos de manu philistinorum. Tu-
lit autem samuel agnum lactantem
unum et obtulit illum holocaustum
integrum domino et clamauit sam-
uel ad dominum pro isrl et exaudiuit
eum dominus. Factum est ergo cum
samuel offeret holocaustum phi-
listeos inire prelium contra isrl. In-
tonuit autem dominus fragore mag-
no die illo super philistiim et exterruit
eos et cesi sunt a filiis isrl. Egressique
uiri isrl de masphat persecuti sunt
philisteos et percusserunt eos usque ad
locum qui erat subter bethecar.
Tulit autem samuel lapidem unum
et posuit eum inter masphat et sen
et uocauit nomen loci illius lapis
adiutorii. Dixit que huc usque auxili-
atus est nobis dominus et humilia-
sunt philistiim nec apposuerunt ul-
ut ueniret in fines isrl. facta e
ira que manus domini super philisteos
cunctis diebus samuelis. et reddite
sunt urbes quas tulerant
philistiim ab isrl. ab accaron
usque geth. et terminos suos. lib-
rauit que isrl de manu philistinorum
erat que pax inter isrl et amorreum.
Iudicabat quoque samuel isrl cunctis
diebus uite suae et ibat per singulos an-
nos circuiens bethel et galgala et mas-
phat. Et iudicabat isrl eum in supra
dictis locis. reuertebatur que in rama. ha-
ibi enim erat domus eius et ibi iudica-
bat isrl eum et edificauit ibi etiam al-
F tarium et stare domino.
autem tum VIII

rbi. semper samuel.